

DESCRIPTION OF THE

tory of SEGOVIA. It is a pretty church, as well as a very old one; there are several pictures, but I believe none valuable; some good Spanish carving. Since the date of the taking MADRID by the knights, buried here, is 932; consequently the pointed arch at the west-end of this church; the odd cornish composed of heads of animals; the capitals of the pillars carved with animal, and human figures; and the small, long, narrow lights, or windows, of this church, are all older than the tenth century: And consequently the pointed arch was used in this country, long before we had it in ENGLAND, which was not till 1216.

THE little church of ST. PAUL contains some remains of an extreme old building on the outside, but is quite modern within. Over an old pointed arch I found this date, the inscription of a tomb I. y. CCC. LXXII. that is, 1372; for the Spaniards always write their cypher to express a thousand in that way, why I know not. At the great altar is a picture of St. PAUL falling from his horse in his way to DAMASCUS. No traces of any other old arch here, but the roof is vaulted.

A CHURCH near the PLAÇA MAYOR, date found in it 1569. The Hist. of Segovia mentions the churches of St. COLOMA and St. MEMES, or St. LUCIA, built in 923; but I know nothing of them. It is remarkable that there are more churches, convents, and parishes here, than at MADRID.


THE town, upon the whole, has a strange appearance; the buildings look wild, and odd, raised sometimes upon the uneven and craggy parts of the rock without levelling it. Here are all sorts and styles of architecture; Roman, Gothic, Moorish, Saxon, and Spanish.

THE PLAÇA MAYOR is a very tolerable, irregular square; but the buildings round it are in the old Spanish style, and look miserably. Though wood here is very dear, and scarce, and cracks with the force of the sun; yet the fronts of most of them are all wood, all fir, and such miserable, thin, ruinous, paper-buildings, you would be surprized at.

THE town-house is a good modern building. The *Mint* here, or *Ingenium*, as they call it, was founded by PHILIP II. in 1583.

SEGOVIA has produced some writers of note; among these the names of VILLALPANDO, SEPULVEDA, BONAVENTURA, and COVARRUVIAS are the most eminent.

THERE is a large *Cloth-Manufacture* here; they sold, in the year 1759, 7,400 pieces of cloth of 30, 60, and 80 bars in length. They have likewise a *Linen* and a *Paper* manufacture. The *Blankets* of this city are perhaps the finest in the world: But they are dear.



THE FOLLOWING IS

An EPISTLE from Don GREGORIO MAYANS,

Containing his Sentiments about the AQUEDUCT.

QUIDQUID ego ad te scripfero, a benevolentissimo animo proficisci existimare debes. Ego vero posteaquam tuum consilium aperuisti mihi explicatius, laudo illud, & in nobilissimo arguento vellete exercere ingenii tui facultates, vehementer probo.

LIBENTER legi epigramma tuum de Aquæductu Segoviensi, ad Henricum Florezium. Et, si meam sententiam scire cupis, ab illo ego valde dissentio. Incipit Tractatum vigesimum secundum, aiens, Segoviam esse unam ex antiquissimis Hispaniae urbibus; non ob id solum quod nomen ejus indicat, & commemorationes historicorum, & geographorum, verum etiam ob insigne monumentum Aquæductus, qui antiquitatem adeo notabilem designat, ut non facile sit ejus originem afferere. Quibus verbis falsa veris permiscentur, rerum ideis confusis, quas breviter distinguam.

IN eo quod ait de nominis indicio, subobscurè alludit ad ridiculam Ruderici Ximenii, Archiepiscopi Toletani, notationem, qui Lib. I. cap. 7. de Hispano loquens, ita scripsit. *Civitatem juxta jugum Dorii ædificavit in loco subiecto promontorio, quod Cobia dicitur, & quia secus Cobiam sita, Secobia nuncupatur*: quæ nominis notatio supponit in Hispania Latinæ linguæ usum, antequam aliquis Romanus in eam advenisset; immo antequam esset ipsa lingua. Segoviæ mentio apud historicos. & geographos, adeo recens est, ut ex illorum testimoniosis ejus antiquitas deduci nequeat. Antiquiora enim historicorum testimonia sunt A. Hirtii, & L. Flori, quorum hic Lib. II. cap. 22. Segoviæ, ut puto, *Arevacorum*, meminit agens de bello Sertoriano: ille libro *De bello Alexandrino*, cap. 57. mentionem fecit Segoviæ sitæ ad Silicense flumen. Ex geographis autem nemo antiquior Ptolemæo Segoviæ meminit. Eum vide Lib. II. cap. 6. Quod si mentionem apud nummos addere vis, cum post extinctum Caligulam nulli nummi imperiales in Hispaniarum coloniis & municipiis percussi fuerint, ut rei nummariæ peritissimus Emmanuel Martinus Vaillantum secutus docuit, Epist. Lib. III. epist. 11. nulla probatio antiquitatis deduci potest, nisi ex nummo illo singulari, quem Rudericus Carus affirmavit se possidere, *Antiq. Hispal.* Lib. III. cap. 50. & præterea nummus ille ad Segoviam *Arevacorum* non pertinet: utpote in eo pons designatur, non aquæductus: pons scilicet ad transeundum Silicense flumen, quod est in Bætica, et si quale sit, ignoretur. Fortius igitur antiquitatis urbis Segoviæ argumentum ab aquæductus fabrica vult ducere Florezius, nulla vero ratione allegata: nam in eo quod art. 3. ejusdem capituli ait, architecturam non esse Romanam, adversarios habet oculatos testes anonymum auctorem Dialogi Linguarum; quem ego edidi in *Originibus linguae Hispânicae*, Tom. II. pag. 165, atque clarissimos viros Laurentium Padillam in *Antiquit. Hispan.* cap. 3. & Marchionem Mondexarensem, *Dissertat. Ecclesiast.* Tomo I. diff. 2. cap. 3. §. 7. & in *Noticiis Genealogicis Gentis Segoviae*, editis nomine Johannis Roman & Cardenas, cap. 4. pag. 20.

VIDEAMUS tamen inter quas opiniones fluctuet Florezius. Ejus verba de aquæductu loquentis, sunt hæc: *Aliqui (ejus originem) referunt ad Herculem; alii ad Imperatorem Trajanum; & non exigua vulgi pars judicat fuisse Diaboli fabricam.* Et continuo subjungit, *ip-*
sam

Sam opinionum varietatem probare, nihil esse certum. Si nihil igitur certum est, cur Segoviæ antiquitatem ab aquæductus fabrica colligit, atque hanc probationem cæteris omnibus anteponit?

OPINIO vulgi afferentis diabolum fuisse structorem aquæductus, omnino despicienda est. Prior illa tribuens Herculi illud opus, ridicula: ejusque originem detexit Didacus Colmenares in *Historia Segoviæ*, cap. 1, §. 2. subjunxitque multos alias historicos, quos ibi recenset, secutos fuisse Rudericum Ximenium, qui Lib. I. cap. 7, scripsit, Hispanum ab Hercule Hispaniæ præfectum aquæductum illum construxisse. Quæ opinio æque falsa est ac præcedens. Verum hoc obiter noto, nomen hoc, *Hispanum*, idem esse atque *Hispålum*: nam non facile convertitur in *I.* Sic Messalæ dicti a Messana devicta, & qui in Cornelio gente dicuntur Hispáli, syllaba penultima producta, Hispani dicti a Diodoro Siculo in *Excerptis*, sicut etiam ab Appiano in *Libyco*, adnotante Henrico Valesio, pag. 59. Re vera autem Hispanus fuit amnis, ut egregie probatur eleganti Trogi Pompeii testimonio, quod apud Justinum legitur, Lib. XLIV. cap. 1. sic se habens: *Hanc veteres ab Hiberio amne primum Hiberiam, postea ad Hispano Hispaniam cognominaverunt*, quod testimonium præ oculis habebat B. Isidorus, cum *Etymol.* Lib. IX. cap. 2. dixit: *Hispani ab Hiberio amne primum Hiberi, postea ab Hispålo Hispani cognominati sunt.* Ex quibus constat Hispanum amnem eundem esse ac Hispålum, a quo urbs Hispal nomen accepit, aut vice versa.

SED primum illud verisimilius est, cum flumina soleant esse antiquiora urbibus juxta ea sitis. Novum autem non est amnium nomina confictis regibus applicari solere, uti factum videmus in *Prefatione* assuta B. Isidori *Chronico Mundi*, in *Hispania illustrata*, Tomo IV. pag. 41. Variis igitur Bætis nominibus hoc adjunge cæteris illustrius, quia & urbi celeberrimæ, & universæ Hispaniæ nomen dedit.

Ex tribus igitur opinionibus a Florezio commemoratis, una superest, quæ in examen adduci debet, an aquæductus scilicet ab Imperatore Trajano ædificari jussus sit, aut ejus tempore constructus, quod ad ejus antiquitatem comprobandam idem est. Quæ opinio dignissima

est, ut in eam inquiramus, quoniam pro se habet inscriptionem: quæ si vera sit, lis est finita; sīn conficta, fictio ejus probari debet, ne aliud afferentibus obstet. Verum Florezius, qui eodem *Tract.* XXII. cap. I. num. 13. allegavit nonnullas inscriptiones, sciens prudensque inscriptionem, de qua loquor, silentio præteriit, ne si eam probaret, opinionem immodicæ antiquitatis, quam ipse tenet, abjecere cogeretur; aut, si improbaret, rationes fictionis reddere deberet, quas historici, præcedentes eum, omiserunt. Videamus autem quid sentiendum sit. Valdesius apud auctorem *Dialogi de Linguis* ait, in Segoviensi aquæductu suo tempore superesse nonnullas literas, ex quibus constabat Romanos illum struxisse. Paullo postea nullam inscriptionem invenire potuit clarus vir Laurentius Padilla, ut ipse memorat in *Antiquit. Hispan.* fol. 13. pag. 2. Ambrosius Morales, *Lib. IX. cap. 22. fol. 273. pag. 2.* confirmat in superiori parte illius ædificii suo tempore superesse indicia litterarum, nullas vero extare. Refert autem dictitari fuisse lapidem inscriptum hoc modo:

LARTIUS. LICI
NIVS. CVM. GV
BERNASSET. HIS
PANIAM. HVNC
AQVAEDVCTVM
IVSSIT. AEDIFI
CARI.

Descripsit hunc titulum Occo, pag. 29. n. 5. & ex eo, ut solet, licet e Morali dicat, Gruterus, pag. 180. n. 4. Subjungit autem Morales, neminem memoria tenere, se vidisse illas litteras, neque audivisse fuisse. Et ego (inquit) pro certo habeo, titulum, qui ibi fuit, non fuisse eum, quem hic posui: nam neque stilum, neque ullum saporem habet inscriptionis Romanæ. Alii dicunt, litteras, quæ ibi fuerunt, indicasse ædificium illud factum fuisse impensa multorum populorum, inter quos nominabantur Carpetani, & Vaccæ. Hoc fictio est, & valde inconsiderata; nam cum esset ædificium in utilitatem singularem unius urbis, non debebant contribuere alii populi, uti faciebant in pontibus ad transfundos amnes, qui pontes toti provinciæ erant utiles. Huc usque Morales, judiciose, uti solet.

QUOD

Quod vero attinet ad inscriptionem, ea proculdubio conficta est. Nam, si vera esset, Lartius Licinius prænomen suum non omisisset. Et cum *Prætor* primum teste Plinio, *Lib. XIX. cap. 2.* ac deinde *Legatus*, in quo munere obiit, fuerit, ut idem refert, *Lib. 31. cap. 2.* nullo modo omisisset munus, quo ipse fungebatur, si vivens aquæductum ædificari jussisset: & si ex ejus testamento factus fuisset, Plinius, qui scripsit post ejus mortem proculdubio id commemorasset: Plinius, inquam, *senior*, qui post Lartii Licinii mortem scripsit: de quo duas res memorabiles refert, nimirum, *Lib. XIX. cap. hanc.* *Lartio Licinio, prætore viro, jura reddenti in Hispania Carthagine, paucis hinc annis scimus accidisse, ut mordenti tuber, undeprebenfus intus denarius primos dentes inflecteret;* alteram *Lib. XXXI. cap. 2.* quæ inter varias observationes referri debet. In *Cantabria* (inquit) fontes Tamaraci in augurio habentur. Tres sunt, octonis pedibus distantes. In unum alveum coëunt vasto amne. Singulis siccantur duo decies diebus aliquando vicies, citra suspicionem ullam aquæ, cum sit vicinus illis fons sine intermissione largus. Mirum est, non profluere eos auspicari volentibus, sicut proxime *Lartio Licinio* legato post præturam post septem dies accidit. Quis igitur dubitabit, Plinium, qui *Lib. III. cap. 2.* mentionem fecit Segoviæ, nullo modo silentio præteritum adeo magnificentum opus amici sui, qui tanti faciebat, sua electa, ut de iis loquens Plinius junior, *Lib. III. epist. 5.* ita scriperit. Referebat ipse (Plinius senior) potuisse, cum procuraret in Hispania, vendere hos commentarios *Lartio Licinio*, quadringentis millibus nummum: & tunc aliquanto pauciores erant. Præterea locutio illa, CVM GVERNASSSET HISPANIAM, insolens est, & inaudita in hujusmodi titulis: & minime conveniens prætori aut legato: & multo minus ei, qui uti admonui, in ipso legationis tempore obiit. Ex falsa igitur inscriptione nullum argumentum desumi potest.

NUNC vellem scire, quo vultu legeris, quod ipse Florezius sentit, *num. 3. difficile fore impugnare dicentem Romanos architecturam didicisse ab hujusmodi operibus.* Nimirum supponit, aquæductus architecturam antiquiore esse Romana. Si hoc verum esset, qua fronte Vitruvius, C. Cæfaris & Augusti architectus, *Lib. II. cap. 1.* ita scripsit. Ad hunc diem nationibus exteris ex his rebus ædificia constituuntur, ut in Gallia, Hispania, Lusitania, Aquitania, scandulis robusteis, aut stramentis. Plinius, *Lib. XXXV. cap. 14.* referens

rens Hispanorum ædificia, sic ait; *Quid! non in Africa, Hispania que ex terra parietes, quos appellant formaceos, (quoniam in forma circumdati utrinque duabus tabulis, inferciuntur verius, quam instruuntur,) *ævis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnique cimento firmiores?* *Specta etiam nunc speculas Hannibalis Hispania, terrenasque turres, jugis montium impositas.* Adde B. Isidorum, *Lib. XV. cap. 9.* Plinii verba describentem, & Palladium, *Lib. I. cap. 34.* Vides quomodo ædificaretur in Hispania, Pœnis dominabitibus. Vidisti jam & oculis tuis confirmasti, aquæductus Segovienis architecturam esse Romanam. Ergo cum videatur non fuisse Plinii historia antiquior, non multo posteriore ea fuisse credendum est. Fulcit hanc conjecturam, Plinium, & scriptores eo antiquiores, non meminisse Segoviæ, ut urbis amplissimæ. Oportet autem magnam urbem fuisse, quæ sumptus sufficeret ad ædificandum aquæductum longissimum & sumtuosissimum in suorum civium usum, ita firmum atque magnificentum, ut duratione, integritate, atque magnificentia vincat omnia antiquitatis monumenta, quæ hodie supersunt, inservitque usui, cui destinatus fuit: quod permixtum est.

Si vero a me scire cupis, quid existimem de ipsius urbis antiquitate, ego ita judico. Antiquæ civitates, quæ originem suam non debent Romanis, ut Emerita Augusta: ne que Græcis, ut Rhoda, Emporiæ, Arthemisium aut Dianum, Alone (hodie Guardamar); neque Pœnis, ut Carthago Nova; neque Phœnicibus, ut Cartalias, Cartima, Carteja, Gaddir; eam debent priscis Hispanis, inter quas Segovia numerari debet: nam exteri, qui ante Romanos in Hispaniam venerunt, negotiatores erant, ideoque colonias suas stabiliebant in ora maritima, a qua longe distat Segovia, quæ cum inter Arevacorum urbes nominetur a Plinio & aliis, inter Hispanas antiquiores civitates adnumerari debet. Cupio ut judicio tuo meam sententiam confirmes, aut meliora me doceas. Deus Optimus Maximus Tibi propitius sit, ut enixe oro.

O L I V Æ , quinto Idus Novembres, Anno M D C C L X I .

* As odd as this passage of PLINY may appear to the Reader, it is right: and he describes their manner of building in SPAIN to this very day:—they place two planks on each side, and then throw in their mortar and bricks all together, which the sun afterwards hardens to a wall.

LETTER XI.

Some Account of the Antiquities at CORDUBA, SEVILLE, CADIZ, GRANADA, SAGUNTUM, TARRAGONA, and BARCELONA.

THE city of CORDUBA is finely situated on the banks of the GUADALQUIVIR, in a wide plain. The streets are narrow, not unlike those of TOLEDO. The MOSQUE is a large, square building, nineteen naves running from north to south, separated by small beautiful columns of black marble, jasper, alabaster, &c. some with fine Corinthian capitals, taken out of the old temple of JANUS AUGUSTUS, as appears by the following *Inscription*, on a pillar of green marble, which in MARIANA's time stood in the Franciscan convent there.

IMP. CAESAR. DIVI.
F. AVGUSTVS. COS.
VIII. TRIB. POTEST.
XXI. PONT. MAX. A.
BAETE. ET. IANO.
AVGVSTO. AD.
OCEANVM.
CXXI.
CONSTANTIAE.
AETERNITATI
QUE. AVGVST.

(*Vide Marianam, L. III. C. xxiv. P. 129.*)

This

This must have been a noble Roman road, for it reached from SALAMANCA to CADIZ, passing through MERIDA and SEVILLE, to the distance of above three hundred miles. The latter part of it, from CORDUBA through EZIJA to the sea, was finished in the eleventh consulate of AUGUSTUS, as appears by another *inscription*, relating to the same road, which I shall now give you. See MARIANA, p. 49. UDAL AP RHYS, p. 122.

IMP. CAES. DIVI. F. AVGVSTVS. PONT.

MAX.

COS. XI. TRIBVNIC. POTEST. X.

IMP. VIII.

ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATO.

TEMPLO.

IANI. CLVSO. ET. REP. P. R. OPTIMIS.

LEGIBVS.

ET. SANCTISSIMIS. INSTITVTIS.

REFORMATA.

VIAM. SVPERIOREM. COS. TEMPORE.

INCHOATAM.

ET. MULTIS. LOCIS. INTERMISSAM. PRO.

DIGNITATE.

IMPERII. P. R. LATIOREM. LONGIOREM

QUE.

GADEIS. USQ. PERDUXIT.

This road was afterwards repaired by the Emperor HADRIAN, as is plain from a third *inscription* found in its neighbourhood.

IMP. CAESAR.

DIVI. TRAIANI. PAR-

THICI. F. DIVI. NER.

VAE. NEPOS. TRAI-

NUS. HADRIANVS.

AUG. PONTIF. MAX.

TRIB. POT. V. COS.

III. RESTITVIT.

But to return to the Mosque; the columns in the church would have a beautiful effect, if they were not interrupted with cross-walls,